Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



diu. Et dixit imperator pantaleoni.
Prius redde honorem. Pantale
on R. Primum sacerdotes tui fa
ciant et audiant. Si uero auditi
non fuerint. inuocabo dominum meum
ihesum xpm. Imperator dixit. Bene
dixisti ita fiat. Et accedentes sa
cerdotes ceperunt inuocare deos
suos. alii asclepium. alii iouem. alii
ypocratem. alii mercurium. alii galli
enum et ceteros deos suos inuoca
bant. Fuit enim uana inuocatio
Sanctus pantaleon irridens eos di
cebat. Dii uestri aut in itinere
sunt. aut forsitan dormiunt et non
audiunt. clamate fortiter ut excitentur.
At illi credentes clamabant uo
ce magna. nec fuit qui audiret
eos. Et uidens imperator quia nichil
proficerent sacerdotes. dixit. Faci
at pantaleon inuocationem suam.
Tunc pantaleon aspiciens in celum
dixit. Domine exaudi orationem meam.
et clamor meus ad te ueniat. neque a
uertas faciem tuam a me in die tri
bulationis mee. et ostende omnibus
istis quia tu es deus solus. et tu
curas omnes qui in te credunt.
Et tenens manum paralitici. eleua
uit eum dicens. In nomine ihesu xpi.
esto sanus ab ista hora. Et statim
surrexit et abiit in domum suam gau
dens. et dans gloriam deo. Multi
ex illa die crediderunt in xpm. Et
exclamantes medici cum sacerdoti
bus dixerunt imperatori. Sacrifici
a deorum peribunt. et si istum non exter
minauis. omnes incipient credere
in xpm. Tu autem noli credere. quia
is qui curatus est. per uirtutem deorum cu
ratus est. nos enim audiuimus eum
prius deos nominare. Pantale
on R. Si ergo dii uestri aliquid
prodessent. uobis publice inuocanti
bus subuenirent. Tunc imperator
consentiens eorum dictis. dixit pan
taleoni. Consenti mihi. et sacrifica
diis. Vides enim quanti mortui sunt. P
antaleon R. Quos dicis mortuos
esse propter deos tuos illi uiuunt in
secula. quos xpm confessi sunt. Max
imianus dixit. Audi me. et cessa
xpm inuocare ut liberes iuuentu
tem tuam. Preparata sunt enim tibi
si permanseris in ea confessione mul
ta tormenta. Pantaleon R. Que
dicis esse tormenta celerius adhi
be. quia non cessabo de hoc nomine us
que ad mortem. Imperator dixit. Au
disti ante hos dies. quanta passus
est tormenta antimius senex. Pan
taleon R. Multa. sed non est uictus.
Si uero senex pro xpi nomine m
ulta passus est. quanto magis puer
que illata fuerint omnia debet
sustinere. Antimius senex secun
dum etatem mihi pater esse poterat. Et
ideo non potest filius facere quicquam
a se. nisi quod patrem uiderit facientem
Videns autem imperator quia ei non
consensit. iussit eum in eculeum
suspendi. et eius lateribus lampades
applicari. Cumque per omnia membra
torqueretur. respiciens in celum dixit.
Domine ihesu xpe quomodo in hora preteri
ta per inuocationem tui nominis ex
audisti me. nunc cito esto michi
adiutor et libera me. Et hec illo
orante. apparuit ei dominus in simili
tudine hermolai pbri. et dixit ei.